



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda Ecclesiae Paderbornensis

Dietrich <Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1602

De Cyclo Solari.

urn:nbn:de:gbv:23-drucke/s-483a-2f-helmst3

Explicatio Kalendarij.

Si vero absq; longa computatione Epactam inuenire desideras, quere Aureum numerum anni tui in sequentia bella & Epacta, quæ directè illi supponitur, erit Epacta eiusdem anni.

TABELLA AVREORVM NUMERORVM ET
Epactarum inter respondentium, ab anno 1599, deseruicis
vñp ad annum 1699, inclusiue.

ur. num. pacte.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.
	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	VIX.	X.	XI.	XII.	XIII.	XIV.
ur. num. pacte.	15.	16.	17.	18.	19.	20.	21.	22.	23.	24.	25.	26.	27.	28.
	V.	XVI.	XVII.	XVIII.	XIX.	X.	I.	XII.	XIII.	XIV.	XV.	XVI.	XVII.	XVIII.

Nuenta igitur hoc modo Epacta, quæ illam in sequenti Calendario, singulos menses percurrente; & diebus illos, quibus eam inuenieris scito esse Nouilunium. Obserendum tamen, quod cum nullus Cyclus Solaris calculo astronomico ad vnguem respondeat, data est diligenter opera, ut potius Nouilunia serius aliquando per Epactas demonstrentur, quam ut aliquando sedes suas anteuerant; ne cum Quartodecimanis hæreticis sacro sanctum Pascha, vel in 14. luna, vel ante celebretur.

DE CYCLO SOLARI.

Cyclus Solaris, seu litterarum Dominicalium, est reuolu-
tio numeri 28. annorum ab 1. vsque ad 28. qua reuolu-
tione peracta, iterum ad unitatem redditur: initiumq; su-
mum à Ianuario, formatur autem hic Cyclus Solaris 28. an-
norum ex multiplicatione 7. per 4. ob id, quod propter
septem dies hebdomadæ, septem sint litteræ Dominicales,
& quouis anno quarto unus dies intercalatur; ita, ut tunc
ordo ille septem litterarum interrupatur; recipienturq;
duæ litteræ dominicales.

Quomodo Cyclus Solaris inueniendus.

Annis Domini adde 9. (quia Christus natus est anno
I. huius Cycli) compositum numerum diuide per

Explicatio Calendarii

28. quod remanet, est Cyclus Solaris; & si ex divisione nihil remanet, tum Cyclus Solaris erit 28. Ut si queratur Aureus numerus Cycli Solaris anni 1602. huic numero adde 9. & fient 1611. quæ diuide in 28. & remanebunt 15. Cyclus videlicet Solaris anni 1602. Rursus si cupias scire numerum Cycli Solaris anni 1615. adde 9. & fient 1624. quem numerum diuide per 28. repieresq; nihil supereftle. Anno igitur 1.15. numerus Cycli Solaris erit 28. & sic de cæteris.

TABELLA CYCLI SOLARIS ET LITTERARVM

Dominicalium, ab anno 1599. usq; ad annum
1699. inclusiue.

Cycl. Sol.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	20.	21.	22.
Litteræ Do-	C.	B.	G.	F.	E.	D.	B.	A.	G.	F.	D.
minicales.	A.						C.		E.		
Cycl. Sol.	23.	24.	25.	26.	27.	28.	29.	2.	3.		
Litteræ Do-	C.	B.	A.	F.	E.	D.	C.	A.	G.		
minicales.				G.		B.					
Cycl. Sol.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.			
Litteræ Do-	F.	E.	C.	B.	A.	G.	E.	D.			
minicales.	D.					F.					

DE FESTIS MOBILIBVS.

Quoniam ex Decreto sacri Concilij Nicæni, Pascha ex quo reliqua festa mobilia pendent, celebrari debet die Dominico, qui proxime succedit decimæ quartæ Lunæ primi mensis; primus autem mensis apud Hebræos est is, cuius decima quarta Luna, vel cadit in diem verni æquinoctij, (quod die 21. Martij contingit) vel ipsum propius sequitur; proinde inuenta Epacta anni, & littera Dominicali iuxta præcedentium doctrinam, eam quære in Calendario inter diem octauum Martij inclusiuè, & quintum diem Aprilis inclusiuè, (huius enim Epactæ decima quarta Luna cadit vel in diem æquinoctij verni, hoc est 21. Martij, vel ipsum propius sequitur) & ab ea inclusiuè descendo numeræ dies quatuordecim, & proximus dies Dominicus diem hunc 14. sequens (ne cum Iudæis conueniamus si forte dies 14. Lunæ

caderet